

Universitätsbibliothek Paderborn

Ephemeris Ecclesiastica Concionatorvm Hoc Est Considerationes Methodicæ Sev Veritates Practicæ

Ex Vita Domini Jesu, Sanctorumque Gestis In Singulos anni dies mira
facilitate & solertia distributæ ... ; Cum indicibus necessariis

Pars Verna - A Dominica Septuagesimae, ad Dominicam SS. Trinitatis

Haineuve, Julien

Coloniæ Agrippinæ, 1665

Ad Evangelium Feriæ. Super cathedram Moysis sederunt scribæ, &c.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44214

in adversis nisi perturbatio, qui inde animus agitatur, & qua misericordia liberatur, dum se tam mitram prestat in occursum adversitatis, quam se praestandum novit in meditatione vel lectio, dum se ad illas comparat. *Paratus sum Pro. 28.* & non sum turbatus. *QVASI* les confidens absque terrore erit. Quid Moys mitius, de quo *Num. 12.* Scriptura refert, quod erat Moyses vir mitissimus super omnes homines, qui morabantur in terra? Et quis eo generosior, qui annos quadragesima totos, duxit exercitum plusquam sexcentorum milium, per maria, per desertum, per invia, per quidquid horrorem potest invenire, & cum etiam centum & viginum annorum esset, quando mortuus est: non caligavit oculus eius, nec dentes illius morti sunt, Quae Scriptura Verba non tantum referas ad firmam corporis ejus valetudinem, sed ad constantem ejus animi moderationem & equitatem, quam nulla unquam ira caligo infuscavit, nec acerbior inflexit oratio.

Deut. 34. cutere, & cum etiam centum & viginum annorum esset, quando mortuus est: non caligavit oculus eius, nec dentes illius morti sunt, Quae Scriptura Verba non tantum referas ad firmam corporis ejus valetudinem, sed ad constantem ejus animi moderationem & equitatem, quam nulla unquam ira caligo infuscavit, nec acerbior inflexit oratio.

Sic de Davide, qui suam sati apertam facit mansuetudinem, cum ait Domino: *Memento Domine David.* & omnis mansuetudinis eius. At fuitne quisquam cum illo comparandus in animi fortitudine, generosoque pectore? Sic preclarè sanctus Augustinus in ejus persona Christum & cunctos Christianos demonstrat mansuetudine suos omnes adversarios debellare, & vincere: *David*, inquit, interpretatur manu fortis, *Erat enim magnus beligerator*, presumens quidem de Domino Deo suo. *Consecuit bella omnia*, prostravit omnes inimicos suos, Deo se adjuvante, quemadmodum se habebat illius imperii dispensatio, præfigurans tamen

in Ps. 131.

fortem manu quandam ad debellandum inimicos, diabolum & angelos ejus. *Hos autem inimicos Ecclesia debellat.* *Et quomodo debellat?* Mansuetudine. Mansuetudine enim ipse Rex noster vicit aabolum. *& siebat ille*, *Iste sufferebat.* *Victus est qui siebat*, *vicit qui sufferebat.* In ista mansuetudine Corpus Christi, quod est Ecclesia, vincit inimicos.

Hoc est igitur omni modo entendum: *Omnem ostendentes mansuetudinem ad omnes homines*, inquit Apostolus. *Erat ut Sapiens, Verbum dulce multiplicat amicos & mitigat inimicos;* & lingua Eucharis in bono homine abundantat. Ex interno quidem animi statu lingua seu verba componuntur, sed quād vel commotus esset animus, si dulce possit profiri verbum, quod certe potest cum gratia, valet vel plurimum ad ipsum animi statum tranquillandum. Magis autem in nostra potestate est linguae usus quam primus animi motus; unde qui linguae temperandæ invigilat, sibi toti servit: *Qui custodit os suum & linguam suam*, inquit Sapiens, *custodit ab angustiis animam suam.* Sanctus item Iacobus apostolus, si quis in verbo non offendit, perfectus est vir, potest etiam frano circumducere torum corpus; si autem equus frano in ora mittimus ad consentendum nobis, & omne corpus illorum circumferimus. *Ecce & naves cum magna sint, & a ventis validis minentur, circumferuntur a modico gubernaculo, ubi impetus dirigenis voluerit;* ita & lingua modicum quidem membrum est, & magna exaltat: id est, magnas excitat turbas. *Operam deris, ut quieti sis.*

Prov. 11.

Tit. 3.

Eccles. 6.

1 Thess.

PRO EADEM FERIA QVADRAGESIMALI.

Ad Evangelium: Super Cathedram Moysi ederunt Scriba & Pharizai: omnia ergo quaque dixerint robis, servate & facite. Matth. 23.

VERITATES PRACTICÆ.

Aut nulla, aut tota est Charitas in agendis, sicut Fides in credendis.

In 2. parte, Feria 4. hebdomada 4 post Pascha.

Qui rationes inquirit Obedientia, rationem querit sua inobedientia.

In 2. parte, Feria 4. hebdomada infra octavam Ascensionis.

Quasi peccatum ariolandi est, repugnare: & quasi scelus idololatriæ, nolle acquiescere. *In hac 2. parte, Sabbato hebdom. 4. post Pascha.*

SECVNDVM opera veri eorum, nolite facere: Dicunt enim & non faciunt. Alligant enim onera gravia, &c.

Si non facis quod doceris, quia, qui hoc docent, non faciunt; tam falsò te excusat, quam vere illi à Domino accusantur.

In 4.

In 4. parte, Feria 5. hebdomada 27. ubi de
his expresse verbis Domini.

inferior est in Christi ordine.

OMNIA verò opera sua faciunt, ut videantur ab hominibus.

Gloriam Christi vertimus in ignominiam, si
aliam à Christo querimus gloriam.

In 3. parte, Feria 6. hebdomada 2. Vide ē quia iam
supra relata est, de Iustitia coram hominibus fa-
cta. In eadem 3. parte, Sabbato hebdomada 5.

AMANT primos recubitus in canis, &c.
Qui maior est vestrum, erit vester minister.
Quod quis superior est in ordine hominum, eo

Aut è contra.

Quod quis inferior est in ordine hominum, eo
superior est in Christi ordine.

In hac 2. parte, Feria 4. hebdomada 4. Qua-
dragesima.

VII autem se exaltaverit humiliabitur, &c.
Qui se Christi exemplo non humiliat, exem-
plu dæmonis humiliabitur.

In hac 2. parte, Feria 4. Septuagesima. Vide
autem in 4. parte, Dominica 16. congregas simul
de hac materia Veritates.

FERIA QVARTA: PROCEDIT IESVS OBVIAM Suis inimicis, eosque prosternit.

Ut dixit eis, ego sum, abierunt retrorsum, & ceciderunt in terram. Ioan. 18.

VERITAS PRACTICA.

Qui supra mortem est, infra se videt omnia.

Id est.

QVIS paratus est mori, & pati, sic sibi mor-
tem, & aduersa quaque substernit, ut Chri-
stus Dominus.

RATIO est, quia tunc dicuntur aduersa substerni vel subiici, quando illis superior animus mi-
nimè frangitur aut luditur.

Sed quisquis est ad illa paratus, hunc animum su-
periorem, infractum & illatum habet.

Ergo & illa sibi substernit, ac proinde expedit ma-
ximopere unumquemque sic esse paratum.

I. P U N C T U M.

SIC sanctus Joannes inter alios Evangelisti-
tas, rei gestæ seriem subiecit: Iudas ergo
cum accepisset cohortem, & à pontificib⁹ &
pharisaic⁹ ministros, venit illuc cum laternis, &
facibus & armis. Iesus itaque sciens omnia, que
ventura erant super se processit, & dixit eis, Que-

Haynevsue Par: 2.

queritis? Responderunt ei: Iesum Nazarenum.
Dixit eis, Ego sum, Stabat autem & Iudas, qui
tradebat eū cum ipsis. Ut ergo dixit eis, Ego sum,
abierunt retrorsum & ceciderunt in terram. Ita-
rum ergo interrogavit eos, quem queritis? Illi au-
tem dixerunt: Iesum Nazarenum. Respondit Ie-
sus: Dixi vobis quia ego sum: si ergo me queri-
tis, finite hos alibi; ut impleretur sermo, quem
dixi, quia quos dedisti mihi non perdidis ex eis
quemquam.

Multa hic piè & fructuosè expendi possēt.
Primò, quod illos interrogaret quorū venientia?
aut quem querant? ut cum responde-
rint le quæriere Iesum, tum Iesus le potius si-
nat & permittat capi, quām le capiendum ob-
jicit; Si enim peccarunt in eo capiendo &
malè tractando, non inde est, quod Christus
se dederit eis, sed quod ipsi ante, ut parentur,
eum perdendū queriverint: sic optimè san-
ctus Leo, Admisit in se impias manus furenti-
um, quæ dum proprio incumbunt sceleri, famu-
lare sunt Redemptori. Deinde ut cum etiam
sacrum nomen Iesu pronuntiantur, aut illum
loquentem audirent, à meditato facinore de-
terrentur, sicut olim ministri à Judæis mis-
si ad eum capiendum redierunt re infecta, di-
centes

Sermo 10.
de Pass.